

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Historiae Ecclesiasticae Pars ...**

Historiae Ecclesiasticae Pars Tertia, Qva Continentvr Hermiae Sozomeni  
Salaminij lib. 9. Euagrij Scholastici Epiphanensis lib. 6

**Christopherson, John**

**[Köln], 1569**

De Concilio Nicææ propter Arium coacto. Capvt XVI.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-12718**

integritate præstantem, & superioribus temporibus ob varias religionis Christianæ confessiones admodum nobilitatū, Osiū dico, episcopū Cordubæ, quō illos, qui in Aegypto de fide digladiabantur, tum hos, qui in oriente de festo paschatis dissentiebant, ad concordiam reduceret.

*De Concilio Nicææ propter Arium coacto.*

CAPVT XVI.

**V**erū vbi contrā, quām expectabat, res succederet, & cōtentio reconciliationē concordię impediret, Osiusq; ad pacem faciendam missus, re infecta reueteretur, Constantinus indicit bellū Nicææ, vrbis Bythiniæ, scribitque ad omnes ecclesiarum præsides, vt ad diem præstitutū adsint. Huic cōcilio interfuerunt ex episcopis, qui sedes tenebant apostolicas, Macarius Hierosolomorum antistes, Eustatius episcopus Antiochiæ Orontem fluuiū tangētis, & Alexander Alexandriæ propter Lacum Maream sita. Iulius aut̄ episcopus Romanus etate quidē ingraueſcēte p̄peditus, abfuit: Sed Vitus & Vincentius eiusdem ecclesiæ presbyteri pro illo adfuere. His accessere alii quā plurimi honesti & boni viri ex variis nationib; collecti: quorum alij non modo intelligendo prudenter, & disertè dicendo pollebant, verum etiam tum sacrarum literarū cognitione, alioque doctrinæ genere præstabant, tum pia viuendi ratione admodū excellebant: alii autem qui ob vtranq; rē sunt magnam laudē consecuti. Aderant episcopi, numero circiter trecenti & viginti: aderat quoque presbyterorum & diaconorum, qui eos (vt est verisimile) comitabantur, multitudo non exigua. Aderant etiam vnā viri disserendi periiti, qui illis inter disputādum subsidio essent. Multi aut̄ ex numero sacerdotū, qui, vti euenire solet, tanquā ad causas suas ac priuatas disceptandas in vnū cōuenerant, tēpus opportūnū sibi iā oblatū putarūt, ad res eas corrigendas, q̄ ipsorū animos offendissent. Itaq; singuli libellū de criminibus quæ aliis obijcerēt imperatori offerre, & peccata in se admissa iam antē exponere cōperunt. Cum autem istud in dies ferē singulos accideret, dat mandatum imperator, vt singuli, crimina, quæ aliis obiicere constituerant, ad certum diem proponerent. Vbi dictus dies venit

C iii impe-

## S O Z O M E N I   H I S T O R .

imperator, oblatis sibi libellis acceptis, iste, inquit, crimina-  
tiones tempus quidem sibi præstitutum habent, diē videli-  
cet magni iudicij: iudicem autem, qui sit tum de omnibus  
sententiam pronuntiatur: mihi verò non est fas, cum ho-  
mo sim, eiusmodi causarum cognitionem arrogare, præser-  
tim cum & qui accusant, & qui accusantur, Sacerdotes  
sint. Nam non deberent se tales præbere, ut ab altero  
iudicentur. Age igitur, deletis criminibus, exemplum  
diuinæ clementiæ in danda mutuò venia imitati, iunga-  
mus amicitiæ fœdera & fidei negocia, quæ nos in hunc  
locum conuenire compulerint, serio pertractemus. Hac  
habita oratione, imperator iubet tum criminaciones illa-  
tas nullius momenti esse, tum libellos comburi: diemque  
præstituit, ad quem de rebus fiduci vocatis in controversiam  
decideretur. Interea temporis episcopi in vnum conueni-  
entes, accersunt Arium, & opinionibus suis in medio po-  
sit, inter se disserere cœperunt. Atque cum disputatio, vt  
erat verisimile, in varias distraheretur questiones, alij e-  
orum ijque potissimum, quos morum simplicitas induxit,  
ad fidem in deum sine curiosa inquisitione amplexandum,  
nihil noui contra fidem initio, temporibus apostolorum  
traditam, moliendum censuerunt: alij affirmarunt, opinio-  
nes veterum nullo iudicio exploratas, neutiquam sequen-  
das esse. Complures autem tum episcoporum, qui tūc in vnū  
conuenerant, tū clericorum, qui eos comitabantur, propter  
dissenderi acumen, & usum in eiusmodi orationis gene-  
ribus, non imperatori solum, sed illis etiā, quos familiares  
circa se habebat, noti esse cœperūt. Ex quoru numero fuit  
Athanasius, qui id tēporis diaconus ecclesiæ Alexandriæ &  
cū episcopo Alexandro consuetudine coniunctus, maxi-  
mam partē consilij de his rebus suscepit, sustinere visus est.

*De duobus philosophis qui duorum senū simpli-  
citatem cum illis differentium, ad fidem con-  
uersi sunt.*      C A P . X V I I .

**Q**Vidam præterea, qui apud Gentiles pro sapientibus  
habiti erāt, disputationibus in hoc concilio agitatis,  
dedita opera interfuerunt: quorum nōnulli quenam  
tandem Christiana esset doctrina, admodū scire auebāt, alij  
odio